

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

bus late dissenseris. Nos autem non omnem vestram orationem forsitan ad rem prius
 re, brevibus amicisq; vobis demonstrare promittimus, ab extrema parte sermonis ver-
 stri lumentes exordiu, de qua profecto plurimū diximus, tametq; pauloante de ea nihil
 nihil proferre promittebatis. Porro etiam ipsi concedimus veritatem, commune bonū
 atq; omniis mortalibus conducibile, esse, ita vt qui mentis sit compos, contra ipsam
 quicquā agere proferre minime debeat, sed modis omnibus eam inuestigare, ac in-
 tuentam sectari, præc; oculis semper habere. Non ergo nos laborare oportet, vt quæ
 omnibus sunt notissima, ea tractemus ac demonstremus. Veritas enim simplex existit,
 ac non multis indiget argumentis, parte igitur ipsa postposita, ad primā simul & ter-
 tiā veniamus. De quibus profecto multa diximus, et si tertia parte (vt pauloante di-
 cūm est) nūl velle dicere videbamini. Sed neque de ipsis nūc agere nobis opus esse vi-
 detur; vege cum ipius dogmatis veritatem, de qua p̄cipue agimus, velimus inquirere,
 an sanctus sp̄us ex filioq; procedat, tunc de eiusdem duabus partibus disfusus differamus.
 Reliquum igitur est, vt ad secundā tantummodo partem in p̄sentia respondeamus, an
 Romanae ecclesiæ liceat declarare, ac eiusmodi declaratiois in symbolo celebrare. Ne
 quaquā em̄ posse fieri credimus, simul de omnibus his partibus disputare, ac simul in
 omnibus conuenire; vege ab una in aliam venire, ac sic de omnibus agere, necesse no-
 bis videt. Oportet autē ab ea parte incipere, quæ prior ceteris secundum naturam ex-
 istit. Nam nisi probate poteritis, Romana ecclesia addendi facultatē habere, quid ob-
 serco vobis proderit demonstrare, sanctum spiritum ex filioq; procedere, vera decla-
 rationem esse, nil proflus, propterea q̄ licet id clarissime ostendatis, ipsi tamē vobis rel-
 pondebimus, tametq; vege sit, symbolo tamen apponi nefas esse. Quando etiam multa
 alia vera sunt, quorū nullam factam ad symbolum fuisse videmus accessionē. Tota igit-
 tur nostra controvērsia in secunda parte consistit, propterea de ipsa nostra orationē p̄-
 cipue habebimus; in primis legeri p̄stringentes, quæ fuerant a vobis prolatæ, vt his q̄
 perperam dicta fuerint, in aliud tempus dilatatis, de eis tantū in p̄sentia differamus, quæ
 nobis videant ad propositū pertinere. Dignū autē admiratione non fuerit, si ad vestrā
 prolixam orationē longa utamur responsione, in hoc p̄sentim initio: nam in posterum
 erit necesse brevibus agamus, interrogando mutuoq; respondendo, quo usque ad cō-
 clusionem aliquā peruenierimus. Pro viribus tamē in plenitate quoq; breuitati studebi-
 mus. Sat esset profecto (vt pauloante dictū est) de secunda tantum quæstione differere,
 de qua p̄cipue agitur, vege vt nostra oratio vberior habeat, omisis superfluis, de pri-
 ma etiam nonnulla p̄stringemus, quæ non aliena a proposito videant. Magno igitur
 vos affecti desiderio, particulam ex filioq; demonstrare diuini symboli declarationem
 esse, quod quidem sermonis vestri primum caput fuisse diximus, quodam syllogismo
 fuitis vī: de cuius secunda propositione, argumentisq; vestris eam (vt creditis) confir-
 mantibus, nobis in p̄sentia disputandū non est. Rationibus vero, quas ad primā eiusdem
 syllogismi propositionem probandā attulisti, q̄ ad rem spectare vident, brevibus res-
 Pondebimus. Quam quidem propositionē in primis quodam syllogismo cōfirmasse pu-
 tatis, deinde ceteroq; generalium concilioq; exemplo. Quippe quas nonnulla obclu-
 ra symboli verba explanauerant ac declarauerant. Postremo ex quodā patris Ephesi
 sermonē. Ad syllogismū igitur ipsum veniamus, cui dum respondeo, rogo attendi-
 te. Omnis additio et rebus, dicitis, extraneis sit, declaratio vero ab intīmis; ex quibus nul-
 lam declarationē, additionē esse infertis. Que quidem prima propositio simpliciter cō-
 cedatur, licet eam quo ad nostram materiam spectet, inficiari vere possimus. Secunda
 vero cōmuniter veram esse negamus: fieri nāque potest, vt aliqua declaratio ab intrin-
 secis ac intīmis fiat, omnis autē minime. Immo declaratio forsitan quæc; p̄sertim hæc
 de qua agimus, quæ theologica est, ad extraneum quadam ratione refertur, ac ab ipso
 dependet: quod primæ maioriſq; propositionis rationē habet, ita vt maior ipsa vestri
 syllogismi propositio ab illa contineat, ac ab ea ſecundum locū obtineat, quæc; potius
 contineri q̄ continere credat, exempli cauſa, sanctū spiritū ex patre procedere cō-
 muniter proferre solemus. Quæ quidem oratio ex verbis intrinsecis res significanti-
 bus constat, volentes autē eundem probare spiritū ex filioq; procedere, hanc orationem
 extraneam sumitis, patris omnia filii esse: ex qua deinde hanc infertis conclusionē, spi-
 ritum ipsum ex filioq; procedere: quam, declarationē appellare soletis. Cuius quidem
 conclusi-